

Executio ultimarum voluntatum juri naturæ conformis sit, Joſtann. Petrus Moneta d. tr. c. 3. qu. 1. num. 38. ita ut Johannes Oldendorp. d. l. tit. 2. ſcribat: *Ponamus neminem unquam leges ſcripiſſe de conſervanda* (exequenda, id enim ipſi idem eſt) *ultima voluntate, certa natura & DEVS inſculpiſit eas cordibus hominis.* Quamvis etiam gentes ſaniores ultimarum voluntatum integritatem probè cuſtodiverint, ita ut divus Apoſtolus teſtetur: *ὁ μὲν θεὸς ἀνθρώποις κενυραπένηεν διὰ τῆς φύσεως, ἀδελφὸς ἀφ' αὐτῶν ἢ ἰσοδυναμοῦσεν αὐτοῖς;* Berachtee man doch eines Menſchen Teſtament nicht / wann es beſtättiget iſt / und thut nichts darzu / Gal. 3. verſ. 16. non tamen in genere, hic de hujusmodi executorum, ſed certæ duntaxat ſpeciei, cujus paſſim Romanæ leges meminerunt, origine diſpicimus. Cum * ergo alias quoque juri Romano tribuantur, quæ ali-
 bi nata, hic determinata & circumſcripta inveniuntur, quid vetat, eidem
 executores noſtros acceptos ferre & Teſtantur * autem de ipſis Marcel-
 lus in l. 17. de legat. 2. Papinianus in l. 8. de alim. & cibarij legat. & alii
 plures Juri veteres, à quibus primum deſcripti ſunt; poſtmodum ſu-
 peracceſſerunt Leonis, Antonini, & Juſtiniani Conſtitutiones in d. l. 28.
 l. 49. C. de Episcop. & Cler. Novell. 131. & ipſum denique Jus Pontificium,
 quod hic, velut alias ſæpe, Principum Conſtitutiones ſequi & adjuvare
 non dedignatur, in c. 17. c. 19. X. de Teſtam. c. fin. de Teſtam. in 6. clem.
 un. de Teſtam.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

Quod * autem Jure Romano de illis erat conſtitutum, hoc ſe-
 quentibus temporibus variorum locorum, etiam extra Imperium Ro-
 manum ſitorum, ſtatutis partim repetitum & confirmatum, partim au-
 ctum & immutatum eſt. De * Hiſpania enim teſtes habemus Molinam
 de Juſtit. & Jur. tr. 2. diſput. 247. num. 1. ubi citat lib. 1. tit. 10. p. 6. LL.
 Hiſpan. Ferd. Arias de Meſa reſol. r. c. 26. & Carpanum, qui in novas
 Conſtitutiones Mediolanenſes commentatus eſt. cap. Collegiis. d. con-
 ſtit. num. 86. De * Luſitania, & Eborenſi ibidem Archiepiſcopatu,
 eundem Molin. d. tr. 2. diſp. 249. num. 12. ubi citat juris Luſitani lib. 2.
 ordin. tit. 35. §. 6. & Conſtitutiones dicti Archiepiſcop. tit. 21. c. 2. nec non
 A. Valaſc. ſuprem. in Luſitaniz Curiz Senator conſult. 68. De * Gal-
 lia Conſuetud. Aurelianenſ. cap. 4. & cc. tit. 14. & poſt Aufrer. Imbert.
 in Enchirid. Petr. Greg. Tholoſan. Syntagm. 1. lib. 20. cap. 10. num. 15.
 Remque præter Nicol. Vallam, Petr. Rebuff. Ann. Rob. & Raguel. ad
 Conſuetud. Bituric. art. 22. 23. 24. Antonius Mornacius, in Senatu Pa-